

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110

Exercitationes theologicae - Ettenheim-Münster 109 - index omnium in
univ. theol. 4 tomis distincta contentarum

Cartier, Gallus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Exercitatio prima

[urn:nbn:de:bsz:31-111021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111021)

Exercitationes Theologiae

ad variorum SS: Theologiae Tractatum Capita varia accommodata, et in utramque partem ventilata.

Exercitatio prima.

An Deus esse sit per se notum.

ad Caput I. partij. Tractatus De Deo Uno et Trino num. 13. Tom. I.

Theologia Universalis alij.

§. I.

Quaedam praemittuntur ad uberiorem dicendorum notitiam.

Not. 1^o. Propositionem per se notam esse eam, quae in se nata est cognosci immediate ex terminis suis absque adminiculo medio aliujus extrinseci.

Not. 2^o. Propositionem per se notam tripliciter intelligi posse; nempe alia est, quae per se nota est secundum se ipsam tantum; alia quoad nos tantum; et denique quae per se nota est et secundum se ipsam simul et quoad nos.

Brior definitur Propositio cujus attributum seu predicatum immediate quidem connexum est cum Subjeto, seu cujus predicatum includitur in ratione Subjati; sed ea connexio a nobis ignoratur. Vel secundum alios, Propositio per se nota secundum se tantum, est ea, in qua connexio extremorum sine medio probativo a priori innotescere potest, quemadmodum Beatis innotescit.

Huius tamen definitioni videtur ob stare 1^o quia notum ignoto duntaxat repugnat, non vero medio probativo. Ergo licet aliqua propositio habeat medium probativum, adhuc poterit esse nota per se. 2^o Quia haec propositio, Deus est aeternus omnibus Beatis est per se nota, et tamen non caret ratione a priori tanquam medio probativo. 3^o Quia haec propositio, Homo est rationalis, a posteriori est demonstrabilis, et tamen est per se nota, Ergo p.

Haec tamen adductam definitionem non infirmant. Nam Resp. ad 1^{um} Dist. ant. Notum ignoto duntaxat repugnat, non autem medio probativo, si praesens sit notum quoad nos, con. si sit etiam notum per se secundum se, neg. ant. Equidem fatendum est, quod notum praesens quoad nos ignoto tantum opponatur; at si consideretur prout est per se et secundum se notum, videtur manifestum, quod etiam opponatur illi, quod est notum per aliud; sicuti ens praesens ut ens solusmodo non enti opponitur, at consideratum ut per se existens, opponitur

B. G. p. 9.

etiam Enti per accidens.

Ad 2^{um} Resp. Beatis per se non esse notum secundum se Deum esse aeternum, sed tantum per aliud: enimvero ex Aseitate, qua ut sequenti Excursatione dicemus, radix est, ex qua omnia Dei attributa dimanant, intelligi possunt eum esse aeternum.

Ad 3^{ium} Resp. Quod demonstratio à posteriori non repugnet propositioni per se nota secundum se, quia, ut jam dictum, haec propositio est, cujus extrema, attributum scilicet et Subiectum immediate connectuntur, sed immediata connexioni extremorum non repugnat effectus, per quem illa probari potest; repugnat autem illi medium probativum à priori, p.

Propositio per se nota quoad nos tantum, est ea, cujus predicatum non est quidem immediate cum Subiecto connexum, sed tamen ita est evidens, ut etiam per sensuum experientiam innotescat, ut, Sol est lucidus, Ignis calefacit.

Propositio denique per se nota secundum se et quoad nos simul, est ea, cujus attributum est immediate connexum cum Subiecto, ac insuper ex sola terminorum apprehensione nobis innotescit.

3. Not. 3^o Quod ad propositionem per se notam secundum se, tria requirantur: 1^o Ut predicatum seu attributum immediate et per se conveniat Subiecto; unde haec propositio: Homo est visibilis, non dicitur per se nota secundum se, quia visibilitas immediate homini non competit, sed mediante rationalitate. 2^o Excludere debet medium, per quod demonstratur à priori: non tamen à posteriori, ut jam dictum: | predicatum convenire Subiecto. 3^o Debet esse connexio essentialis predicati cum Subiecto: nam si connexio tantum sit accidentalis, atque ideo separari possit predicatum à Subiecto, propositio non erit per se nota secundum se, sed solum quoad nos, id est, sensibus pervia, ut haec propositio Sol est lucidus

4. Notandum 4^o fieri posse, ut propositio aliqua per se sit nota, non tamen quoad nos, ut de hac propositione Deus est nos ostendemus; quia licet potest esse apta, ut cognoscatur ex terminis: imò de facto sic cognoscitur à Beatis, qui Deum essentialiter seu, ut ajunt, quidditative cognoscunt: et tamen nobis esse ignotam. Nec repugnat, quod eadem propositio sit nota et ignota, demonstrabilis et indemonstrabilis, respectu videlicet diversarum mentium seu intellectuum.

5. Not. 5^o Omnes ferme Theologos in hoc convenire, quod haec propositio objectiva, Deus est, sit per se nota se-

undum se: illa liquidam propositio est per se nota secundum se, cuius attributum est de essentia subjecti. Atque huiusmodi est dicta propositio. Ergo p. Sed non conveniunt, an, sicut ea propositio est per se nota secundum se, sit etiam nota per se quoad nos. Thomista negant: affirmant vero Scotista. Utriusque partis argumenta et Responsiones distinctis SS. proponimus.

§. II.

6. P. B. 10. 9

Proponuntur Argumenta, quibus ostenditur hanc propositionem, Deus est, non esse per se notam quoad nos.

Argumentum i. ^{numm} petitur ex auctoritate S. Thome i. cont. gent. c. ii. ubi haec eloquitur: Sicut nobis est per se notum, quod totum sit majus sua parte, sic videntibus ipsam essentiam divinam per se notum est Deum esse, ex hoc, quod sua essentia est suum esse; sed quia eius essentiam videre non possumus, ad eius esse cognoscendum, non per se ipsum, sed per eius effectus pervenimus.

Idem apostolus ostendere videtur i. p. q. 2. a. 1. ubi sic loquitur: Quia nos nescimus de Deo quid sit, haec propositio Deus est, non est nobis per se nota, sed indiget demonstrari per ea, quae sunt magis nota quoad nos, et minus nota quoad naturam, scilicet effectus.

Resp. adversarii: i. Quod hic S. Doctor nihil aliud velit, nisi quod propositio haec, Deus est, non sit nobis nota quemadmodum prima illa principia, totum sit majus sua parte, p. ut clare constat ex ut. loc. cont. gent. quod ultro fatendum est: nam haec propositio, Deus est, non ita intelligitur sicut prima principia per se nota; eo quod requirat majorem mentis attentionem, ac uberiores terminorum explicationem.

Resp. 2. Data, quod S. Thomas huius sententia fuerit, nihilominus eius auctoritas prevalere non potest auctoritati S. Anselmi plurimumque aliorum SS. Patrum, qui S. sequenti proferuntur, docentium neminem ignorare, atque ad id omnibus hominibus notum per se esse, quod Deus sit.

Arg. 2. Dum illud est per se notum secundum se et quoad nos, cuius hic in statu viae quidditativum seu essentia ipsius conceptum habemus, seu, prout S. Thomas ait, de quo sumus, quid sit. Atque nos pro hoc statu huiusmodi conceptum de Deitate non habemus, nec scimus, quid sit. Ergo Deum esse non est nobis per se notum. Min. constat. Maj. etiam patet ex dictis; quia in tantum aliqua propositio dicitur per se nota secundum se et quoad nos, in quantum cognoscimus immediatam ac necessariam illius extremorum connexionem: at id fieri non potest, nisi quidditativum horum extremorum

habeamus conceptum. Ergo p.

Resp. Ad: neg. maj. quia, ajunt, non requiritur ad propositionem per se notam secundum se et quoad nos, ut conceptum essentiae seu quidditativum subjecti talis propositionis habeamus; nam 1^o haec propositio; quodlibet est vel non est, est per se nota non tantum quoad se, sed etiam quoad nos; et tamen praedicatum hujus propositionis plura sub se continet, ut Deum, Angelos, &c. quorum essentia seu quidditativum conceptum non habemus. 2^o Haec propositio; Immateria- lia non sunt circumscriptive in loco, est per se nota, saltem Sapientibus, et tamen hi non habent conceptum quidditati- vum rerum materialium, cum illos non cognoscant per spe- ciem propriam.

8. Argumentum 3^{tu}m. Ista propositio non est per se nota quoad nos, cujus veritas nobis innotescit ex alio. Atqui veritas hujus propositionis, Deus est existens, nobis innotescit ex alio. Ergo p. Prob. min. Veritas hujus propositionis, Deus est exis- tens, nobis innotescit ex creaturis: Invisibilia enim per ea, quae facta sunt cognoscuntur, inquit Apostolus, Rom. i. v. 20. Atqui creaturae sunt aliud à Deo. Ergo veritas hujus propositionis, Deus est existens, nobis non innotescit nisi ex alio.

2. 68
p. 10.
Resp. Ad. Dist. maj. Si subjectum propositionis nullos habeat effectus, concl. Si aliquos habeat, neg. maj. pariter Dist. min. Atqui haec propositio, Deus est existens, nobis innotescit ex alio, et illius subjectum, scilicet Deus, habet aliquos effectus, concl. Et mel- lus habet effectus, neg. min. Hincque patet, cur hoc principi- um, quodlibet est vel non est, demonstrari non possit, id enim accidit, quia illius subjectum nullum effectum extra se producit, quod autem de Deo dici nequit. Sunt itaque propositiones quae- dam ita per se nota secundum se, ut quavis sint etiam nota quoad nos, nihilominus quia subjectum earum habet effectus, per quos demonstrari potest, sic et per eos etiam innotescit, atque talis est haec, Deus est existens.

9. Argumentum 4^{tu}m. Quod est per se notum omnibus, à ne- mine potest negari, qui significationem nominum intelligit. Atqui Deum esse et existere quidam negaverunt. Dixit im- pius in corde suo, non est Deus, inquit Salvator psal. 13. ubi notat S. Augustinus, propterea in corde, id est, in mente id ab aliquibus dici, quia verè non audent hujusmodi impij homines etiam voce suam impiam sententiam exprimere. Item Cice- ro lib. i. de nat. Deor. commemorat aliquos Philosophos dubites- se, an Deus esset; alios omnino negasse, ut Diagoram*, quem dicit S. Augustinus contra lit. Galil. c. 21. Athenum vocat. Resp. Ad. 1^o Insipientem, de quo Salvator regius loquitur, non ne mancipium, sed propter negare Dei existentiam speculative, sed practice tantum, seu,

* Diagoras cognomento
Athenus, à patria verò
sua Miletus dicitur, origi-
ne mancipium, sed propter negare Dei existentiam speculative, sed practice tantum, seu,

licet de Dei existentia conscientiam habeat, illius tamen sensum ingenii sui protestantiam à Demo-
antinguere, atque testimonium, quod penes se habet, praefora-
re nititur, ut libidini ac dissoluta vita tranquillius leniat: unde
in laudato psalmo nonditur, quod non credat Dei existentiam,
sed quod statuerit duntaxat illam non videre, seu, quod emi-
tatur, ut illius ideam ex sua mente abjiciat.

Resp. 2. Philosophos, qui forte negarunt Dei existentiam, non
satis attendisse ad hujus vocis Deus ideam, seu non comprehen-
dissa ad quid ipsa se extendat: id vero contigit, Deo, ut ait S.
Augustinus, spargente poenales coecitates super illicitas phi-
losophorum illorum cupiditates. Idem dicendum est de
Atheis, si qui sint Athei speculativi, seu qui verè negent
Dei existentiam: nempe perditis moribus sunt excoecati; un-
de abdit. laudatus Psalmus Regius: Corrupti sunt, et abominabi-
les facti sunt, id est, inquit S. Augustinus in eundem psal-
mum, dum amant hoc saeculum, et non amant Deum; ip-
sa sunt affectiones, quae corrumpunt animam, et sic excoecant,
ut populi etiam dicere impudens in corde suo: Non est Deus.

Argumentum istum quod intuitivè à nobis non videtur esse 10.
existens, illud per se notum non est. Atqui Deum esse ex-
istentem à nobis pro hoc nostro statu intuitivè non vi-
detur, ut per se constat. Ergo Deum esse existentem quo
ad nos pro hoc nostro statu per se notum non est. Prob. maj.
Quod intuitivè à nobis non videtur, esse existens, illud à nobis
absolute non conceditur existere, sed tantum ea suppositione
et conditione, si nempe datur talis res, aut si ejus existentia
nobis evidentè probatur; id esse existens, jam eo ipso quoad nos
per se notum non est. Ergo quod intuitivè à nobis non vide-
tur esse existens, jam illud per se notum non est quoad nos.

Resp. 3. neg. maj. et suppositum, quod scilicet ad hoc, ut
aliquid per se notum sit etiam quoad nos, requiratur intuitiva
illius cognitio: Sufficit quippe, quod attributum seu predicatum
intelligatur immediatè convenire subiecto ex ipsis termi-
nis, seu ex sola terminorum penetratione, quod hic contin-
git. Haec sunt potissima hujus sententiae argu-
menta, et responsiones ad illa. Placet modo etiam oppo-
sita opinionis rationes adducere in medium una et responsiones.

§. III.

critò Philosopho entus, et liber-
tate donatus fuit. Cum Athen-
is Philosophiam doceret
omnèque divinitatem nega-
ret, et id ab Atheniensibus
vocatus in judicium, fugam
navi conscensa cepit,
sed naufragium populus
interit. viasse perhi-
betur An. M. 3568. Urb.
Cond. 338. Olymp. 91. ant.
Chr. 432.

3 Col. p. 11.

Proponuntur argumenta eorum Doctorum,
qui tuentur hanc propositionem, Deus est, per se no-
tam esse secundum se et simul quoad nos.

Argumentum innum. Illa propositio nobis per se nota est,
cujus veritas nobis est ingenita et innata. Atqui veritas hujus
propositionis nobis est ingenita et innata. Ergo Prob. Maj. con-
stat. Min. prob. 1.º Ex S. Scriptura psal. 4. Signatum est super
nos humeris vultus tui Domine. Job. 36. legimus, Omnes homi-
nes videre Deum, quod de intuitiva Dei visione intelligi non
potest, sed secundum notitiam ipsius duntaxat existentia.

ii.

Item Rom. i. ait Apostolus: Quod notum est Dei esse manifestum in illis hominibus: id est, quod de Deo naturali lumine cognosci potest, in illorum (hominum) mente manifestum est. 2^o. Ex SS. Patribus. Communiter liquet SS. Patres affirmant esse hominibus naturaliter insitam Dei notitiam, ut S. Iustinus Apolog. i. Clemens Alexandrinus Orat. adhort. ad gent. Tertullianus Apolog. c. 17. Anonimus lib. i. cont. gent. Cyrillus Tract. de unit. Idol. ubi ait: Summa delicti est, nolle eum agnoscere, quem ignorare non possis. Quam sententiam ad verbum ex Tertulliano loc. cit. est mutatas. S. Augustinus Tract. 106. in Joann. ubi ait: Hoc est virtus vera divinitatis, ut creatura rationali ratione utenti non omnino ac penitus possit abscondi. Quod idem aperit S. Hieronymus in Epist. 95. Prudentius in Carmine cont. Sabellianos in Apotheosi. S. Gregorius in c. 36. Job. Damascenus lib. i. fidei orthodoxa c. 1. et 3. Anselmus in Propol. c. 3. et 4. pp.

Resp. Adversarii. Triplex ratione dici posse omnibus esse naturaliter insitam notitiam quod Deus sit, etiam si hoc per se notum non sit omnibus. 1^o ut intelligatur de notitia universali Dei, scilicet quia omnes desiderant beatitudinem in communi, et norunt aliquid esse, quod possit hominem felicem reddere, id quod se ipsa Deus est. atque ita omnes cognoscunt hoc ipso Deum universaliter et confusa, quo pacto id exponit S. Thomas hic a. i. ad i.

2^o. Ut idcirco dicatur ea notitia naturaliter insita omnibus, quia potest naturaliter comparari per discursum non admodum difficilem, siquae interpretatur S. Gregorius tentum adductum Job. 36. Omnes homines vident Deum.

3^o. Ut naturaliter haberi haec notitia dicatur, quia ex quadam consuetudine haberi solet communiter ab omnibus sine presenti discursum, statim ac Dei nomen audiant ab eis, qui scilicet antea quamdam ejusmodi sermonem, seu, ut ajunt, discursum habuerunt, quo in sibi persuaderent sive per rationem, sive per aliorum auctoritatem. Adde et S. Thomam lib. i. cont. gent. c. ii. illa nobis naturaliter esse insita dici posse, quae à primâ parentia didicimus, et veluti unclacte et natura à parentibus accepimus; atque etiam hoc hunc intelligi posse S. Scriptura et SS. Patrum de congenita nobis Dei notitia loquutiones.

12. Argumentum 2^o. Illud est per se notum secundum se, quod natum est parere evidentem sui cognitionem sine mediò à priori. Atqui quod natum est parere evidentem sui cognitionem sine mediò à priori, illud etiam per se notum est quoad nos; cum tale non cognoscatur per aliud hoc ipso, quia parit evidentem sui cognitionem

4 Col.
p 12.

sine mediis probante. Ergo quod per se notum est secundum se, illud etiam notum est quoad nos. Subsum. Atqui haec propositio, Deus est, est nota per se secundum se, ut ex dictis constat. Ergo etiam quoad nos.

Resp. Ad. conc. maj. et dist. min. Inordinatum est parere evidentem sui cognitionem sine mediis probativis a priori; illud etiam notum est per se quoad nos, potentia vel actu, sicut pro statu patris vel via, conc. Semper actu et pro statu via, neg. min. Igitur, ut aliquid dicatur nobis per se notum, non sufficit, quod in nobis ut comprehensibilis per se notum sit; sed requiritur, ut nobis quia viatoribus per se innotescat. Quod igitur non versatur circa potentiam remotam, sed certam circa actum, seu actuala exercitium cognitionis: quaeritur enim, quamnam de facto, et pro hoc statu via notitiam de Deo habeamus.

Argumentum tertium. Ea propositio est per se nota quoad nos, quae absque ullo medio probativo nobis innotescere potest. Atqui talis est haec propositio, Deus est. Ergo et etiam per se nota quoad nos. Prob. min. Illa propositio absque ullo medio probativo nobis innotescere potest, in qua praedicatum intelligitur esse immediate connexum cum subiecto ex sola terminorum penetratione. Atqui ejusmodi est dicta propositio. Ergo p. Prob. min. Qui perfecte noscit quid tum Dei tum existentia nominibus seu terminis intelligatur, is evidenter cognoscit connexionem essentialem, quam existentia cum Deo habet. Ergo ex sola terminorum penetratione evidenter intelligitur attributum seu praedicatum hujus propositionis, Deus est, esse immediate connexum cum subiecto. Prob. ant. Dei nomine intelligitur Ens Summum, seu Ens perfectissimum. Atqui qui noscit, quid intelligatur nomine Entis Summi seu perfectissimi, cognoscit evidenter connexionem essentialem, quam existentia habet cum eo; quod sic prob. Nominis Entis perfectissimi intelligitur Ens quod habet omnes omnia perfectiones. Atqui cum hujusmodi Entis necessario connectitur existentia. Ergo p. Prob. min. Si existentia necessario et immediate cum eo non connecteretur, tunc Ens illud posset concipi sine existentia. Atqui Ens, quod habet omnes omnia perfectiones, concipi non potest absque existentia; cum existentia sit maxima perfectio. Ergo p. Resp. ad. Dist. hanc ult. min. Ens, quod habet omnes omnia perfectiones concipi non potest absque existentia vel formali, vel objectiva; seu, quod idem est, vel in apprehen-

manifestum
in 55. Ba
i notis
vibrans
Arno
sol. ubi
quorave
iane le
ann. ubi
tionali
vandi.
Sentes
egorius
c. 1. et 3.
ibus
etiam
ligatur
vramt
se, quod
dus est.
aliter
ad i.
ta om
orum
porius
om.
ia
omni
vident
em,
ma
tori
i. illa
a pe
pava
pope
nitentia
uadum
nam h
eviden
etiam
atur
itionem

lione, vel in re, con. absque existentia objectiva, seu in re et in actu exercitō, neg. min. et cons. Solutio hac clara fiet ex Resp. tertia ad leg. Just. 2.

Just. 1^o. Existentia, qua est in re seu in actu exercitō, est maxima perfectio. Ergo Ens, quod habet omnes omnino perfectiones, absque ea concipi non potest.

5. Col.
p. 13.

Resp. ad. Dicit. cons. Ergo Ens, quod habet omnes omnino perfectiones ex supposito, quod datur tale Ens, absque ea concipi non potest, con. absolute et sine tali suppositione, neg. cons. Licet ergo sit evidens, quod Enti Summe perfectio competat ipsa existentia etiam objectiva; attamen non aliter ipsi ea competat nisi ex supposito, quod datur huiusmodi Ens Summe perfectum, quod pro priori probandum venit.

Just. 2^o cum S. Anselmo. Deus est id, quod majus quid excogitari non potest. Atqui per se notum est, id, quod majus quid excogitari non potest, existere, cum utique illud majus sit quod existit, quam id, quod non existit. Ergo p.

Resp. ad. 1^o S. Anselmum, postquam Grosol. c. 24. dixisset Deum esse, quod majus quid excogitari non potest, statim subdere, quod qui bene intelligit, utique intelligit id ipsum sic esse, ut nec cogitatione queat non esse. quibus verbis sufficienter innuit, non omnes hoc bene intelligere, defectu utique debiti disursus et modis probantis; ac proinde Dei existentiam nobis non esse per se notam secundum se; quapropter et ipse integrum librum composuit, ut eandem Dei existentiam probaret.

Resp. 2^o. Deus est, quod majus quid excogitari non potest, ex supposito, quod datur, con. absolute, et sine tali suppositione, neg. Solutio habetur ex dictis.

Resp. 3^o. Dicit. maj. Deus est id, quod majus quid excogitari non potest in actu signato seu in apprehensione, con. in re et in actu exercitō, neg. maj. Breviori huius distinctionis intelligentia. Not. quod nomina significant ideas rerum in actu signato, et ut conceptas à nobis: verba autem illas significant in actu exercitō, et per modum actionis, aut exercitii actualis; quando enim dicitur Amor eg. actus amandi non importatur ut exercitius, sed tantum ut possibilis, atque adeo tantum in actu signato; at vero quando dicitur Amo, jam tunc importatur exercitium actus amandi, ac proinde velut actu existentis: Ita pariter quando dicitur Deus, importatur divinitas existentia in actu signato, et ut formalis, seu apprehensa; non vero in actu exercitō, et objectiva; hac enim primum probanda venit mediante disursu.

Just. 3^o. Essentia et existentia in Deo non distinguuntur. atque immediate concipimus Essentiam Dei, videlicet Ens Summe perfectum. Ergo et ejus existentiam.

Resp. ad. Dist. min. Immediate conipimus Dei essentiam
objectivam, neg. Formalem, conc. min. et Dist. cons.
Ergo et existentiam formalem immediate conipimus,
conc. Objectivam, neg. cons.

Inst. 4. Deus est colendus, est propositio per se nota
quoad nos. Ergo a fortiori haec, Deus est; liquidem est
illius fundamentum.

Resp. ad. 1. Dist. ant. Est per se nota, supposito quod
Deus sit, conc. nulla facta illius existentis suppositio-
ne, neg. ant.

Resp. 2. Trans. ant. neg. cons. Nam haec propositio,
Deus est colendus, est primum principium Synteresis,
adeoque per se nota; sedis vero ista, Deus est, et
quavis ista presupponatur ad alteram tanquam eius
fundamentum, non tamen requiritur, ut etiam no-
bis immediate innotescat, sed ad hoc sufficit, si per se
nota sit secundum se, et quoad nos mediante discursu.

Inst. 5. Deus est causa, cui omnia cognoscimus. Ergo
debet primo et per se nobis esse cognitus: Propter quod
enim unumquodque tale, et illud magis tale, inquit
Philosophica parsentia.

Resp. ad. Dist. ant. Deus est causa effectiva, in quantum
nobis dedit intellectum, quo omnia cognoscere valeamus,
conc. Est causa objectiva, pa. neg. ant. Porro adducta pa-
rsentia non est universalis, non enim valet in causis effi-
cientibus: vinum namque est causa effectiva e. g. ebrietatis;
non tamen sequitur vinum quoque magis esse
ebrium. Item ignis est causa effectiva caloris; ipse ta-
men minime calidus est.

Argumentum 4. Illa propositio est per se nota, cui
assentimur sine discursu. Atque huiusmodi est haec pro-
positio, Deus est. Ergo p. Prob. min. Nisi haec propositio
absque discursu cognosci posset, sequeretur posse dari
ignorantiam invincibilem in eis, qui sunt habitus inge-
nii: ii liquidem non sunt capaces demonstrationis. Gal-
lum consequens. Ergo et antecedens.

Resp. ad. 1. neg. min. Ad 2. dum neg. seq. maj. Ad
hoc enim, ut quis non habeat ignorantiam invincibi-
lem de Dei existentia, non requiritur, quod illa sit
per se nota et ante omnem discursum; sed sufficit, quod
per aliquem discursum facile desumatur ea aspectu
totius Universi, ejusque mirabili ordine cognosci valeat:
ad quam cognitionem quilibet etiamnum rudis plane
potest pertinere. Dato quoque, quod in huiusmodi
hominibus non sit cognitio evidens et demonstrativa

De Dei existentia, est tamen in eis probabilis et conjecturalis, ob Universi magnitudinem, ordinem, &c. Unde tenentur ulterius inquirere; quod si facerent, procul dubio uberiorem Dei cognitionem consequerentur.

Iust. Quer, ut S. Thomas docet, parveniens ad unum rationis, tenetur pro primo instanti se convertere ad Deum. Atqui profecto in illo instanti notitiam Dei, mediante disursu, assequi non potest. Ergo pro priori iam debet eam habere ad instar primorum principiorum: et sic proprie verificatur illud Psal. 4. v. 7. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.

Resp. A. A. Quod licet huiusmodi puer ad Deum se convertere teneatur, non tamen quatenus ejus existentia distincta, ac in particulari apprehenditur, sed dumtaxat quatenus in confuso, et in alio, nempe sub ratione beatitudinis ac finis ultimi ab eis apprehendi et cognosci potest; nisi forte uberiori lumine à Deo donetur. Ceterum neque illud instans intelligi debet velut physicum, sed morale dumtaxat; cum quo disursus ac illatio minus ex alio stare potest.

15. Argumentum 5^{um} Si haec propositio, Deus est, nobis non est nota per se, tunc id provenit vel ex defectu nostri intellectus, vel ex improprietate objecti. Neutrum dici potest: non posterior; quia licet Deus in ratione Entis nobis sit improprietatus, non tamen talis est in ratione cognitionis; adeoque est obiectum cognitioni nostrae proportionatum; alioquin à nemine cognosci posset. Sed neque prius dici potest: etsi enim intellectus deficiat pro hoc nostro statu circa Deum quoad quid est; non tamen deficit quoad an est. Ergo p.

Resp. A. A. Id provenire ex defectu luminis intellectus nostri, ac proinde ex improprietate intellectus cognoscentis, et objecti cognoscendi: intellectus humanus enim secundum lumen naturale deficit non modo quoad quid-ditativum, sed etiam quoad immediatam Dei cognitionem, an sit.

16. Argumentum 6^{um} Illa propositio est per se nota etiam quoad nos, cujus oppositum non potest cogitari. Atqui huius propositionis, Deus existit, oppositum non potest cogitari. Ergo p.

Resp. A. A. Illam propositionem esse per se notam quoad nos, cujus oppositum cogitari non potest ante omnem disursum; at propositio huius, Deus existit, tamdiu potest cogitari oppositum tandem potest cogitari, quamdiu realis existentia subjecti non est per disursum aliquem praecognita. Ceterum cum creaturae sint obvia, quae clamant, Ipse fecit nos et nos ipsos, Deo ex hoc potest coneri, quod oppositum memoratae propositionis cogitari nequit.

7 Col.
p 15